

**114 Le guerre nei tempi antichi**

Anticamente fra i popoli vi erano continue guerre; gli scontri, però, spesso venivano decisi con un duello fra due condottieri, che si affrontavano a piedi o dal carro.

Antiquis temporibus bella assidua erant: tunc enim non solum populi cum populis finitimis bella continenter gerebant, sed etiam gentes cum gentibus, tribus cum tribubus, saepe inter familias quoque de variis rebus<sup>1</sup> contentiones erant. Cum autem bellum exardescebat proeliorum exitus non solum ex virtute exercituum aut militum multitudine pendeat,<sup>2</sup> sed plerumque ex fortitudine imperatorum. Non semper enim pedites cum peditibus aut equites cum equitibus manus conserebant, sed saepe alterius exercitus<sup>3</sup> dux ad singulare certamen hostium ducem provocabat.<sup>4</sup> Tum duces in aciem descendebant hasta tantum et gladio armati, iamque a primo congressu certaminis exitus patebat. Nonnumquam autem imperatores certabant de curru, in conspectu totius exercitus, certamen spectantis magna sollicitudine, ingenti metu et cruciatu.

<sup>1</sup> de variis rebus: «per vari motivi». <sup>2</sup> ex... pendeat: «dipendeva da...»; cerca *pendeo*, non *pendo*. <sup>3</sup> alterius exercitus: «di un esercito», «di uno dei due eserciti». <sup>4</sup> provocabat: «sfidava».

comprensione del testo	...../4	0,5=insuff 1=suff	1=2-3 1,5=4
conoscenza delle regole morfo-sintattiche	...../4	1,5=discreto 2=ottimo	2=5 2,5=6
resa in italiano	...../2		3=7 3,5=8-9 4=10

**115 Gli ozi di Capua**

Annibale si ritirò a Capua e permette ai soldati di trascorrere l'inverno negli agi e nell'ozio; a primavera, perciò, si trova un esercito svigorito e privo di allenamento.

Contra Hannibalem in Apuliam L. Aemilius Paulus C. Terentius Varro<sup>1</sup> consules cum omnibus copiis processerunt et in planitie apud Cannas aciem instruxerunt. Hannibal numero militum cedebat, sed peritia rei militaris et calliditate praestabat;<sup>2</sup> ideo Romanos omnino fudit atque cecidit. Inter primas acies cecidit in pugna etiam Aemilius Paulus consul. Dies tristes Romanis<sup>3</sup> fuerunt, sed mox rerum status mutavit,<sup>4</sup> et post dies funestos cladis et luctus dies laeti pervernerunt, resque secundae adversas res amoverunt. Nam dum<sup>5</sup> Hannibalis exercitus, victoria elatus,<sup>6</sup> mollitie et otio Capuae elanguescit, Romae<sup>7</sup> novae acies iuvenum vitae militaris asperitatem tolerare assuescebant: ideo mollities et luxuria Carthaginienses debilitaverunt; contra<sup>8</sup> Romanam iuventutem armorum exercitatio et disciplina corroboraverunt. Primo vere<sup>9</sup> igitur Romani Hannibalis copiis, otiis debilitatis, agmina exercitata et valida opposuerunt.

<sup>1</sup> L. Aemilius Paulus C. Terentius Varro: «Lucio Emilio Paolo e Gaio Terenzio Varrone»; in latino i nomi dei consoli, quando sono accompagnati dal prenome, di norma vengono indicati senza la congiunzione. <sup>2</sup> peritia... et calliditate praestabat: «era superiore nell'esperienza... e nell'astuzia», compl. di limitazione. La battaglia di Canne avvenne il 2 agosto del 216 a.C. <sup>3</sup> Romanis: «per i Romani», compl. di svantaggio. <sup>4</sup> mutavit: «cambiò», con valore intransitivo. <sup>5</sup> dum: «mentre» + imperfetto. <sup>6</sup> victoria elatus: «esaltato dalla vittoria»; *elatus* è il participio perfetto di *effero*. <sup>7</sup> Capuae... Romae: stato in luogo. <sup>8</sup> contra: «al contrario», avverbio. <sup>9</sup> Primo vere: «All'inizio della primavera».

comprensione del testo	...../4	0,5=insuff 1=suff	1=2-3 1,5=4
conoscenza delle regole morfo-sintattiche	...../4	1,5=discreto 2=ottimo	2=5 2,5=6
resa in italiano	...../2		3=7 3,5=8-9 4=10



### 11 Il cervo stolto

Un cervo, specchiandosi in una fonte, si rallegra alla vista delle corna e disprezza le zampe: ma con le zampe riuscirà a sfuggire ai cacciatori, invece le corna gli procureranno la rovina.

Saepe utilia contemnimus et noxia laudamus. Cervus ob nimium meridiēi aestum siti vehementer laborabat.<sup>1</sup> Tum gressus ad vastam planitiem direxit, ubi fontem copiosum ac frigidum sub umbrosis quercubus invenit. Postquam sitim multā lymphā placavit,<sup>2</sup> in lacus speculo effigiem suam vidit. Exsultavit igitur magnifica specie ramosorum cornuum, sed nimiam crurum tenuitatem vituperavit. Subito<sup>3</sup> loca venatorum vocibus et canum latratibus resonuerunt: statim cervus per planitiem fugit et levi cursu canum impetum facile elusit. Sed postquam ad silvam pervenit, arbōrum rami cornua impediverunt atque retinuerunt. Mox canes advenerunt et feram saevis morsibus lacerare coeperunt.<sup>4</sup> Tunc miser animam edens exclamavit: «Iustas poenas persolvo;<sup>5</sup> nam, vanam rerum speciem spectans, utilia despexi, noxia autem laudavi».

<sup>1</sup> **siti vehementer laborabat**: «soffriva fortemente la sete». Il verbo *laboro*, nel senso di «soffrire», regge l'ablativo della causa (*siti, febri* ecc.), *ex* + ablativo della parte del corpo malata (*ex oculis*, «agli occhi», *ex capite*, «al capo» ecc.).  
<sup>2</sup> **placavit**: «ebbe calmato»; è meglio il trapassato remoto, in rapporto al passato remoto della reggente (*vidit*).  
<sup>3</sup> **Subito**: «All'improvviso»; non tradurre: «Subito» (in latino *statim*).  
<sup>4</sup> **coeperunt**: «cominciarono»; deriva da *coepi*, verbo difettivo del presente e delle forme da esso derivate.  
<sup>5</sup> **Iustas poenas persolvo**: «Ben mi sta», «Sconto il giusto castigo», o espressioni simili.

comprensione del testo	...../4	0,5=insuff 1=suff	1=2-3 1,5=4
conoscenza delle regole morfo-sintattiche	...../4	1,5=discreto 2=ottimo	2=5 2,5=6
resa in italiano	...../2		3=7 3,5=8-9 4=10

### 12 Il più grande trofeo di Pericle

Pericle compì numerose imprese, ma il trofeo più grande è di non aver mai causato lutti ai cittadini.

Pericles, vir egregii ingenii, Atheniensium rem publicam complures annos administravit. Domi militiaeque prudens administrator ac rei militaris peritus, Athenarum opes auxit semperque rei publicae bonum curavit: ideo rerum scriptores Periclis dominatum populare imperium dixerunt.<sup>1</sup> Tunc Athenis vigeabat libertas: nam imperium penes populum erat, divitiarumque cupiditas nondum civium animos invasērat. Athenienses in collem prope Acropōlim conveniebant, ubi leges statuebant. Iudices<sup>2</sup> quoque ex civibus eligebant; reus causam dicebat, dein iudices tesseram aeneam in vase collocabant civemque damnabant aut absolvebant. Pericles igitur libertati numquam obstītit, immo populi postulata semper audivit, quamōbrem civitatis potentia magis in dies<sup>3</sup> crevit. Leti die<sup>4</sup> propinqui et amici, Pericli moribundo adstantes, victorias et tropaea numerabant; tum Pericles, amicorum sermones interpellans: «Sed summum tropaeum», inquit, «est quod nullus propter me civium vestem lugubrem sumpsit».<sup>5</sup>

<sup>1</sup> **rerum scriptores... dixerunt**: ordina *rerum scriptores* («gli storici») *dixerunt dominatum* («il governo») *Periclis populare imperium* («una democrazia»); *populare imperium* corrisponde al termine greco *demokratia*, «governo del popolo». <sup>2</sup> **Iudices**: accusativo. <sup>3</sup> **magis in dies**: «ogni giorno di più». <sup>4</sup> **Leti die**: «Nel giorno della morte»; non confondere con *laeti*; da *letum* deriva, ad esempio, «letale» («mortale»). <sup>5</sup> **quod nullus... sumpsit**: ordina *quod* («il fatto che») *nullus* («nessuno», pron.) *civium sumpsit vestem lugubrem* («da lutto») *propter me* («per causa mia»).

comprensione del testo	...../4	0,5=insuff 1=suff	1=2-3 1,5=4
conoscenza delle regole morfo-sintattiche	...../4	1,5=discreto 2=ottimo	2=5 2,5=6
resa in italiano	...../2		3=7 3,5=8-9 4=10